



**Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Ab Alexandro VII. Ad Clementem X.

**Luxemburgi, MDCCXLII.**

XV. Facultates S. R. E. Cardinalium pro visitatione Ecclesiarum, & locorum  
Piorum Urbis assumptorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74833](#)

tif. sui anno primo, die vero decima quarta mensis Januarii, Presentes Litterae in forma Brevis affixa, & publicatae fuerunt ad valvas Basilicae Principis Apostolorum, Basilicae Lateranensis, ac Basilicae Liberianae, ad valvas Castrorum S. Angeli, Cancelleriae Apostolicae, at aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Petrum Paulum de Graffis Apost. Cursive.

Pro D. Mag. Curs. Andr. Castruccius Apost. Curs.

## XV.

Facultates S. R. E. Cardinalium pro visitatione Ecclesiarum, & locorum Piorum Urbis assumptorum.

## ALEXANDER PAPA VII.

Nomina S.  
R. E. Card.  
assumptorum.

Venerabili Fratri Nostro Martio Episcopo Albaen. Ginetto, nec non Dilectis Filii Nostri Ulderico S. Anastasia Carpino, Marco Antonio S. Mariae de Pace Franciotto, Francisco Angelo S. Cecilia Rapaccioli, Nicolao S. Mariae Angelorum Ludovisio, Jacobo S. Mariae Trapontine Corrado, Laurentio S. Chrysogoni Imperiali, & Giberto Ss. Jo. & Pauli titulorum Presbyt. S. R. E. Cardinals Borromaeo respectivè nuncupatis. Venerabilis Frater Nofer, ac Dilecti Filii Nostri salutem, & Apostolicam benedictionem.

## Exordium.

Facultas pro-  
cedendi con-  
tra quoscumque.

Cum in pastorali visitatione, quam prope diem inchoare, & Deo adjuvante proseguiri intendimus Cleri nimirum Romani, & omnium alia hujus Urbis Ecclesiarum, piorumque locorum, & operum, vos potissimum ex Sacro Venerabilium Fratrum Nostrorum Collegio delegerimus, & Nobis in eo munere adjutores assumpserimus, adeoque vestra opera in nonnullis rebus, quas per Nos metipos praestare non valemus, diligenter inquireris, examinandis, & exequendis uti cupiamus.

§. 1. Idcirco, ut vestrum ea in re ministerium plus habeat auctoritatis, & firmatis, uberiorisque ad cultus divini propagationem, & animarum salutem, Deique gloriam parias fructum, providere volentes Vobis, & Vestrum cuiilibet in solidum circa visitationem ipsam, eaque durante mandata quacumque etiam vivæ vocis oraculo per Vos à Nobis accepta illis, ad quos ea res pertinet referendi, & orentus per Nos ordinata mandandi, quibus relationi, ac mandatis vestris & cujuslibet vestrum de ordine Nostro factis hujusmodi plenam, & indubiam fidem ab omnibus adhiberi, atque firmiter obtemperari tanquam Mandatis Nostri Apostolicis volumus, & jubemus, mandata quoque, & præcepta quacumque necessaria, & opportuna illis in rebus, qua visitationis hujusmodi præparationem, statum, progressum, & executionem concernunt, decernendi, faciendi, atque exequi jubendi, Personas quascumque tam Ecclesiasticas fœculares, & cujusvis ordinis etiam Cisterciens, ac S. Antonii Viennen, nec non Congregationis, Societas etiam JESU, ac instituti, nec non Militiarum etiam Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani Regulares, quam etiam Laicæ pro rebus, & negotiis ad visitationem hujusmodi pertinentibus ad Vos vocandi, & ad personaliter coram vobis comparendum citandi, opportunisque juris, & facti remedii compellendi, similes item personas quascumque, & tanquam principales & tanquam testes, seu tanquam principales quoad se, & tanquam testes quoad alios examinandi, & ut veritati testimonium perhibeant admonendi, ac etiam cogendi juramenta eis defendi, & ab eis exigendi, & recipiendi ad Sacrorum Canonum præscriptum ac recusantes per censuras Ecclesiasticas, aliasque penas etiam corporales Vobis beneficas compescendi.

§. 2. Memorialia etiam Nobis inscripta, & directa, atque instrunctiones, relationes, delationes, quarelæ etiam secretas contra quacumque personas accipiendi, & Nobis referendi, seu alias

prout rerum, & personarum qualitas requiret juxta ordinationes Nostras, & ex auctoritate Vobis tradita providendi.

§. 3. Congregationes aliquarum personarum, quæ Vobis in confilium super præmissis adhibenda videbuntur faciendi, & illas easdem personas auctoritate Nostra vocandi, & cum eis de negotiis Visitacionis hujusmodi tractandi, consultandi, & deliberandi.

§. 4. Quotiescumque etiam Vobis videbitur, ac etiam seorsum à Nobis, & iteratis vicibus quarumvis dictæ Urbis, seu extrâ illam intra tamen illius districtum consuentium Patriarchalium, Collegatarum, Parochialium, seu aliarum Ecclesiarum etiam S. R. E. Cardinalibus ratione tituli, aut denominationis sui Cardinalatus, & alias quomodolibet, vel ex quavis causa subjectorum, seu cuiusvis Cappella, vel Oratorii, nec non Monasteriorum tam virorum, quam mulierum, Prioratum, domorum, & locorum secularium, seu cuiuslibet Ordinis etiam Mendicantium, ac etiam Cisterciens, & Sancti Antonii Viennen, nec non Congregationis, Societas etiam Jesu, ac Instituti, & Militia etiam Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani, etiam si illorum capita existant, regularium, & Hospitalium etiam Nationalium, & S. Spiritus in Saxia, ac etiam exemptorum Nobisque, & Apostolicæ Sedi immediate subjectorum, generanter quorundamque locorum, & operum piorum quomodolibet nuncupatorum, & quocumque privilegio, exemptione, & immunitate suffulorum, eorumque Capitulorum, Conventuum, Universitatum, Collegiorum, Congregationum, Confraternitatum, Archiconfraternitatum, etiam Laicorum etiam nullo alio speciali nostro expectato ordine, vel mandato, aut etiam requisito confessu, vel licentia visitationem faciendi, ac illa, & quilibet illorum visitandi, & in illorum statum, formam, regulas, instituta, regimen, Statuta, consuetudines, vitamque, ritus, mores, disciplinam, doctrinam, & idoneitatem singulorum personarum conjunctim, vel divisim, & tam in capite, quam in membris, nec non circa divinum cultum, religiosam functionem, Ecclesiasticum decorum, fructum, & introitum dispositionem, regularem, religiosorum tam virorum, quam mulierum observantiam, aliaque omnia & singula ad actum hujusmodi visitationis quomodocumque spectantia diligenter inquirendi, & ad hunc effectum quacumque illorum Archivia, Bibliothecas, & quacumque in illis continentur documenta, & instrumenta authentica, scripturas, libros rationum dati, & accepti, computa, & ratiocinia perlustrandi, inspiciendi, perscrutandi, præsertim verò Sanctissimum Eucharistia Sacramentum, Sacras reliquias, & quibus ipsum Augustissimum Sacramentum, ac Sacra Reliquia, & res ad alia Ecclesiastica Sacraenta pertinentia continentur, Sacra Vasa, pixides, thecas, tabernacula, nec non indumenta, ornamenti, & Instrumenta, utensilia, & supellecillum Ecclesiasticum etiam preciosam diligenter, & accuratè inspiciendi, & ad prædicta exhibenda quacumque personas cogendi, & compellendi, ac in præmissis omnibus & singulis quacumque correctione, emendatione, & reformatio inde re cognoveritis, corrigendi, emendandi, & reformandi, proceſſusque necessarios desuper faciendi, & nobis referendi, seu juxta ordinationes Nostras in his opportune providendi, Mandata, Decreta, Statuta, & Ordinationes executioni demandandi, ac custodiendi & observari præcipiendi, demumque omnia alia, & singula, quæ hujusmodi Visitacionis negotium, ulteriore progressum executionem & in ea facta, & facienda Mandata, Decreta, Statuta, & Ordinationes concer- nunt, & concernent, seu ad ea quomodolibet spectant, & spectabunt faciendi, gerendi, exequendi, mandandi & ordinandi.

§. 5. Con-

Et Congreg.  
pro confitio  
adhibere pos-  
sunt.

Omnis qual-  
cumque Ec-  
clesias & lo-  
ca pia visita-  
tionibus sub-  
jecit.

Memorialia  
etiam Pont.  
inscripta ex-  
pediant.

§. 5. Contradictoresque, & vobis in præmissis inobedientes, & rebelles, eisque auxilium, consilium, vel favorem publicè, vel occultè, directè, vel indirectè quomodòlibet præstantes per suspensio-  
nis, ac etià privationis Beneficiorum, & Officio-  
rum Ecclesiasticorum, ac per censuras, & poenas  
Ecclesiasticas, & temporales, etià mancipatio-  
nis carceri, aliaque opportuna juris, & facti reme-  
dia, appellatione postposita compescendi, auxi-  
liumque brachii secularis, si opus fuerit, invoca-  
ndi plenam, liberam, amplam, & in universum  
tribuum potestatem. Mandantes propterea  
omnibus & singulis, ad quos spectat, & spectabit  
quacumque dignitate, auctoritate, potestate, &  
præminentia fulgentibus, ut vobis, & cuiilibet  
vestrum in præmissis omnibus, & singulis prom-  
pè pareant, & obediunt, alioquin sententias,  
sive poenas, quas ritè tuleritis, seu statueritis  
in rebelles ratas habebimus, & faciemus, aucto-  
re Domino, usque ad satisfactionem condignam  
inviolabiliter observari.

§. 6. Ceterum in visitatione hujusmodi præ-  
dientia inter Ecclesiæ, Monasteria, & loca qua-  
cumque per vos visitanda, quantum commode  
fieri poterit servari volumus, nulli tamen Eccle-  
siæ, Monasterio, vel loco, nec ulli Capitulo,  
Collegio, Conventui, Confraternitati, Archicon-  
fraternitati, aut persona, tam conjunctim, quam  
divisim, seu alias quomodòlibet ejusdem visita-  
tionis, sive ordinis hujusmodi in illa servati, vel  
non servati occasione in aliquo etià minimo  
quad præcedentiam, aliasque prærogativas qua-  
cumque præjudicari, aut quicquam novi juris ac-  
quiri decernimus, & declaramus.

§. 7. Præterea cupientes in prædictâ Nostrâ Pa-  
storali visitatione animalium salutis, quantum in  
Nobis est prædestinatio, ac etiam corporales Christi  
pauperum præsentim infirmorum indigentias pa-  
ternâ charitate sublevare circumspectioni vestrae,  
& vestrum cuiilibet præsentium serie mandamus,  
ut conjunctim, vel divisi Parochias Ecclesiastiarum  
diligenter perlustrare, ac perquirere studeatis, at-  
que earum pauperes infirmos graviter decumben-  
tes singulos nostro nomine visitetis, Apostolicam  
& Nostram eis Benedictionem, ut moris est, fe-  
mel impartiamini, eosque paternis monitis, & sa-  
lutaribus consolationibus recreetis, hortantes ip-  
pos, ut in humilitate, & patientia propter Deum  
corporis infirmitatem, & dolores sustineant, &  
pendunt, divina voluntati quandcumque ei  
placeret ipsos ex hoc seculo revocare, se pè, &  
Christianæ præparent, sinceroque corde ad Deum  
conversi humiliiter ab eo suorum peccatorum ve-  
niam petant, atque omnia Ecclesiastica Sacramen-  
ta, quibus Christifideles ex hac vitâ migraturi  
se præmunire solent, & debent devotè, & re-  
verenter suscipiant.

§. 8. Nos enim eorum singulis ante, vel post  
vestram visitationem, ut præfertur penitentibus  
confessis, & Sanctissimo Eucharistia Sacramento  
refectis semel plenariam omnium peccatorum  
suorum indulgentiam, & remissionem elargi-  
murus.

§. 9. Volumus autem, ut eo interim vobiscum  
adducatis Dilectum Filium Nostrum, & Palatii  
Apostolici Eleemosynarium, qui prout cujusque  
eorumdem pauperum egestas, & personarum con-  
ditio postulaverit, etià ablatis Nostra impensa  
charitatis subsidiis, pecunias, cibis, potu, phar-  
macis, vestibus, Medicorum ope, ceterisque ad  
victum, seu ad recuperandam valetudinem necessi-  
tariis temporalibus, quibus nunc urgentur, eo-  
rum necessitatibus succurrat.

§. 10. Non obstantibus Constitutionibus, &  
Ordinationibus Apostolicis etiam Conciliaribus,  
ac Ecclesiasticis, Monasteriorum, Hospitalium,  
Ordinum, Congregationum, Societatis Militia-  
rum etiam diuti Hospitalis Sancti Joannis Hiero-  
politanus, Archiconfraternitatum, Confraterni-

tatum, & aliorum locorum, & operum piorum  
hujusmodi etiam juramento, confirmatione Apo-  
stolica, vel quavis firmitate alia roboratis statu-  
tis, & consuetudinibus, etiam immemorabili-  
bus, stabilitatis, usibus, & naturis, ac stylo  
Curiæ, privilegiis quoque, indultis, exemptio-  
nibus, & Litteris Apostolicis præmissis, & cui-  
vis illorum, ac Superioribus, & personis eorum  
quomodòlibet nuncupatis, & qualificatis sub qui-  
buscumque verborum tenoribus, & formis, ac  
cum quibusvis etiam derogatoriū derogato-  
riis, aliisque efficacioribus, & insolitis claufulis,  
& decretis etiam irritantibus, in genere, vel in  
specie, etiam Motu proprio, vel ad Imperato-  
ris, Regum, Reginarum, Rerumpublicarum,  
& Principum quorumlibet preces, & instantiam,  
seu eorum contemplatione, & intuitu, ac etiam  
consistorialiter, & alias quomodocumque con-  
cessis, confirmatis, & plures innovatis. Qui-  
bus omnibus & singulis etiam pro illorum suf-  
ficienti derogatione de illis, eorumque totis re-  
noribus specialis, specifica, & expressa, ac de  
verbo ad verbum, non autem per clausulas ge-  
nerales idem importantes, mentio habenda, aut  
aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda fo-  
ret, illorum omnium, & singulorum tenores,  
formas, & occasionses præsentibus pro plenè, &  
sufficienter expressis, insertis, & servatis respec-  
tivè habentes, illis alias in suo robore permane-  
sunt, ad præmissorum effectum specialiter, &  
expressè, ac plenissimè derogamus, ac deroga-  
tum esse volumus, ceterisque contrariis qui-  
buscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Pis-  
catoris, die 22. Januarii 1656. Pontificatus Nostri  
Anno Primo.

Dat. IP. An.  
1. die 22. Jan.

Deputatio Secretarii ejusdem S. Visitationis Apo-  
stolicæ.

Venerabili Fratri Hieronymo Archiepiscopo  
Patracen.

### ALEXANDER PAPA VII.

Venerabilis Frater, salutem, & Apostolicam bene-  
ditionem.

Exordium.

Secretarium  
cum privile-  
giis deputat.

R EUM, quæ Nobis cordi sunt, & quibus uni-  
versæ, quam meditamur reformationis pars  
non ultima continetur curam fidis, & diligenti-  
bus viris libenter commitimus.

§. 1. De tua itaque singulari, & Nobis jam pri-  
dem perspecta fide, & diligentia plurimum in  
Domino confidentes Visitationis nostræ Apostoli-  
cae, quam omnibus Alma Urbis, ejusque distri-  
ctus Ecclesiis, Monasteriis, locisque Sacris, & piis,  
secularibus, & regularibus, universoque Clero, &  
Populo Romano indiximus, ac per Nosmetipos,  
seu nonnullos Venerabiles Fratres Nostros S. R. E.  
Cardinales ad id coadjutores à Nobis assumptos  
Deo dante obire intendimus. Te Secretarium du-  
ximus eligendum, prout etiam per prefentes mu-  
nus Secretarii hujusmodi cum omnibus & singu-  
lis facultatibus, auctoritatibus, prærogativis, pri-  
vilegiis, & iuribus, quæ tale officium obtinenti,  
& exercenti quomodòlibet competere possunt, &  
debet Motu proprio Tibi committimus, & de-  
mandamus, Teque Secretarium Visitationis præ-  
dictæ creamus, constituimus, & deputamus.

§. 2. Dantes Tibi plenam, & liberam facultatem  
ejusdem Visitationis decreta, statuta, ordinationes,  
mandata præcepta, inhibitiones, informationes,  
relationes, ordinem, & seriem adnotandi, descri-  
bendi, & in libellos, seu commentarios, sive etiam  
in publica, & authentica documenta, & instrumen-  
ta redigendi, ceteraque omnia, singula, & qua-  
cumque ad idem munus spectantia gerendi, &

exercendi,

Facultas Se-  
cretarii.

Infirmos ad  
patientiam  
hortentur.

Confessi,  
& communio-  
ne refer-  
ctis plena-  
riam Indul-  
gentiam con-  
cedit.

Egenis per  
Apost. Ele-  
mosynarium  
succurrant.

Contriariis  
derogat.

ANNO  
1655.

ALEXANDER SEPTIMUS.

exercendi, etiam si notam, & expressionem requiri-  
erent magis speciale, & sub generali commis-  
sione hujusmodi non venirent. Nos enim volu-  
mus iis, quae à Te de rebus in Visitatione gestis,  
& ordinatis fient, & emanabunt documentis, &  
scripturis tua manu, & signo munitis plenam, at-  
que indubitatam fidem nunc, & perpetuis futuri-  
s temporibus tām in judicio, quām extra illud  
omnīō haberi, neque ad id probationis alterius  
adminiculum requiri. Tu igitur in delato tibi  
munere ita te gere, ut fidem, & diligentiam  
numquam à Te desiderare lātemur.

Dat. P. A.  
1. die 22. Jan.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Pis-  
catoris, die 22. Januarii 1656. Pontificatus No-  
stri Anno Primo.

Edita A. D.  
1656.

Cancellaria  
rūmcreat.

Facultates  
concedit.

Dat. P. A.  
1. die 22. Jan.

Deputatio Cancellarii, seu Actuarii causarum Sa-  
cræ Visitationis Apostolicæ.

Dilecto filio Josepho Palamolla Presbytero  
Policastron.

ALEXANDER PAPA VII.

Dilecte fili salutem, & Apostolicam benedictionem.

DE singulare tua fide, & diligentia plurimum  
in Domino confidentes Te omnium, &  
quarumcumque litium, & caulfarum tam civilium,  
quām criminalium occasione Visitationis nostra  
Apostolicæ, quām in omnibus Alma Urbis, &  
ejus districtus Ecclesiis, & Monasteriis, locisque sa-  
cris, & piis proximis diebus indiximus, experien-  
tia comprobante cogoverimus aliquando necesse  
esse in compluribus ejusdem Urbis, ac illius  
districtus Ecclesiis altaria consecrari, campanas,  
ornamenta, indumenta Ecclesiastica benefici,  
Sacra menta ministrari, & alia Pontificalia munia  
exerceri.

§. 1. Cū itaque occasione visitationis Nostræ  
Apostolicæ, quam in universæ Almae Urbis, ejus-  
que districtus Ecclesiis, Monasteriis, locisque sa-  
cris, & piis proximis diebus indiximus, experien-  
tia comprobante cogoverimus aliquando necesse  
esse in compluribus ejusdem Urbis, ac illius  
districtus Ecclesiis altaria consecrari, campanas,  
ornamenta, indumenta Ecclesiastica benefici,  
Sacra menta ministrari, & alia Pontificalia munia  
exerceri.

§. 2. Dantes tibi plenam, & liberam facultatem  
omnes & singulos actus, & terminos coram Judi-  
cibus, ac Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E.  
Cardinalibus super eadem Visitatione per Nos af-  
sumptis, & deputatis servandi, ac decreta, & sen-  
tentias per eos pro tempore facienda, & respectivè  
promulgandas annotandi; ac describendi, & in  
publica, & authentica Instrumenta, si opus fuerit,  
redigendi, ceteraque omnia, & quācumque ad  
idem munus spectantia faciendo, gerendo, & exer-  
cendi, quae in premissis, & circa ea necessaria fu-  
rint, seu quomodolibet opportuna, etiam absque  
aliquo conscientia scrupulo, aut censorum, vel  
pœnarum Ecclesiasticarum, vel etiam irregulari-  
tatis incurso. Volumus insuper, ut scripturis, &  
Instrumentis publicis manu tua, ac signo muni-  
tis plena, & indubitata fides in judicio, & extra  
nunc, & perpetuis futuriis temporibus omnino  
adhibeat.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Pis-  
catoris, die 22. Januarii 1656. Pontificatus No-  
stri Anno Primo.

Edita A. D.  
1656.

Pro Eminentissimis, & Reverendissimis DD. Car-  
dinalibus assumptis pro Sacra Visitatione Apo-  
stolica.

Facultas exercendi Pontificalia.

ALEXANDER PAPA VII.

Venerabili Fratri Nostro Martio Episcopo Albenan.  
Ginetto, nec non dilectis filiis nostris Ulderico

S. Anastasia Carpino, Marco Antonio S. Maria  
de Pace Franciotto Francisco Angelo S. Cecilia  
Rapaciolo, Nicolao Sancte Marie Angelorum  
Ludovisio, Jacobo Sancte Marie Transfontina Cor-  
rado, Laurentio S. Chrysogoni Imperiali, & Gi-  
berio Saulorum Joannis, & Pauli Titularum  
Presbyteris S. R. E. Card. Borromeo respetive  
nuncupatis. Venerabilis frater noster, ac dilecti  
filii nostri salutem, & Apostolicam benedictionem.

ANNO  
1656.

Exordium.

Causæ hu-  
jus Constat.

Facultas  
exercendi  
Pontificalia.

Contrariis  
derogat.

§. 1. Illis ex vobis in eadem Visitatione adju-  
toribus per Nos assumptis, qui consecrationis Epis-  
copalis munus suscepserunt, & eorum cuiilibet  
plenam per præsentes concedimus facultatem, ut  
in quibuscumque tām intra eandem Urbem, ac  
propè, & extra illius muros, quām etiam intra  
ejusdem Urbis districtum sitis Ecclesiis etiam Pa-  
triarchalibus, nec non Monasteriis, Prioratibus, &  
domibus secularibus, seu cuiuscumque Ordinis  
Mendicantium, vel non Mendicantium, Militiarum,  
Congregationis, aut Instituti regularibus tam vir-  
orum, quām mulierum, atque Hospitalibus, Ora-  
toriis, Sacellis, Coemeteriis, locisque piis, ac reli-  
giolis, tām exemplis, Nobisque & Apostolicæ Se-  
di immediatè subjectis, quām etiam non exemplis  
& quibusvis etiam S. R. E. Cardinalibus ratione  
tituli, aut denominationis sui Cardinalatus, aut  
alias quomodolibet, etiam ex quavis causa subje-  
ctis, altaria, ac ipsalet Ecclesiis consecrare, aut  
illa, vel easdem Ecclesiis, aut illis annexas recon-  
ciliare, seu etiam coemeteria, campanas, calices,  
patenas, cruces, indumenta, & ornamenti Eccles-  
iastica quæcumque, & aquam, ut moris est, bene-  
dicere, Sacramentum Confirmationis, quod ex  
ritu in visitatione ministrari consuevit, quibus,  
ubi, quando, & quoties illis, seu cuiilibet eorum  
expedire videbitur, ministrare, sacro sanctum quo-  
que Missæ sacrificium, nec non vespertas, & quæ-  
cumque alia divina officia solemni, ac Pontificali  
ritu in Ecclesiis, & locis, in quibus illi id ad ma-  
jorem animarum consolationem spiritualemque  
profecēt, & ad ipsam etiam, quam intendimus,  
reformationem inducendam pertinere judicave-  
rint, celebrare, & decantare, verbi Dei predica-  
tiones, & conciones ad Dei amorem, & timorem  
in cordibus fidelium excitandum, & accendendum  
publicè ad Clerum, & populum, seu alias privati-  
m, prout occasio, & necessitas postulabit, habe-  
re, aliaque omnia, & quæcumque munia Pontificalia,  
etiam qua notam, aut expressionem requiri-  
erent magis speciale, & sub generali hujusmo-  
di concessione non comprehenduntur, etiam erga  
personas aliquoquin habiles, & idoneas exercere,  
etiam nullo alio à Nobis expectato, aut requisito  
mandato, liberè, & licetè valeant.

§. 3. Non obstan. Constitutionibus, & ordinatio-  
nibus Apostolicis, ac in Conciliis etiam generalibus  
editis, dictarumque Ecclesiistarum, Monasteriorum,  
Ordinum, Congregationum, Militiarum, Hospi-  
tium, aut domorum etiam juramento, confirma-

tione

ANNO  
1656.

ALEXANDER SEPTIMUS.

23

tione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboris statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris, die 26. Januarii 1656. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Pro Eminentissimis, & Reverendissimis DD. Cardinalibus assumptis pro Sacra Visitatione Apostolica.

Facultas avocandi causas occasione Visitationis, pendentes &c.

Edita A. D.  
1656.

ALEXANDER PAPA VII.

Venerabili Fratri Nostro Martio Episcopo Albanen. Ginneto, nec non Dilectis Filiis Nostris Ulderico S. Anastasia Carpino, Marco Antonio S. Maria de Pace Franciotto, Francisco Angelo S. Cecilia Rapacciolo, Nicolo S. Maria Angelorum Ludovisi, Jacobo S. Maria Transpontina Corrado, Laurentio S. Chrysogoni Imperiali, & Giberto Sanctorum Joannis, & Pauli Titularum Presbyteris S. R. E. Card. Borromeo respective nuncupatis. Venerabilis Frater Noster, ac Dilecti Filii Nostri salutem, & Apostolicam benedictionem.

Exordium.

**U**IT in prosequendo Visitationis Ecclesiarum, & piorum locorum hujus Almæ Urbis nostræ munere, ad quod vos nominatum ex Sacro Venerabilium Fratrum Nostrorum Collegio delegimus, causæ occurrentes omni, qua fieri potest celeritate, justitia mediante, terminentur, quantum cum Domino possumus providere volentes.

§. 1. Motu proprio, ac ex certa scientia Nostra vobis ultra alias facultates per diversas Nostras in simili forma Brevis expectas Litteras vobis attributas, ut omnes, & singulas causas occasione Visitationis hujusmodi coram quibuscumque Judicibus tam Ordinariis, quam Delegatis pendentes, & etiam instructas in statu, & terminis, in quibus reperiuntur cum omnibus, & singulis earum incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis, totoque negotio principali ad vos auctoritate Nostra avocare, illasque summi, simpliciter, & de plano sine strepitu, & figura judicis, sola facti veritate inspecta, & manu regia audire, cognoscere, & fine debito, prout Juris fuerit, terminare.

Missa pro defunctis ex causa de uno ad aliud altare valeant transferre.

§. 2. Præterea ubi contigerit alicui altari etiam pro defunctis privilegio, seu Capella tam magnum Missarum celebrandarum numerum ex variis defunctorum legatis impositum esse, ut singulis diebus præscriptis nequeat illis satisfieri, quidquid magis ad Dei honorem, Ecclesiarum utilitatem, salutemque animarum eorum, qui legata pia reliquerunt, etiam per translationem partis Missarum hujusmodi ad aliud altare, seu altaria, etiam non privilegiata videritis expedire, re tamen diligenter perspecta statuere, & ordinare, ut in eisdem altariis commodius, ac plenius piæ defunctorum voluntati satisfiat, ita quod Missa ad alia altaria hujusmodi, ad quas illarum celebrationem transtuleritis, celebrata, illis, pro quibus celebrabuntur, perinde suffragentur, ac si ad altaria privilegiata, seu alias juxta eorumdem defunctorum voluntates celebrata fuissent, cateraque omnia, & singula, in præmissis, & circa ea necessaria, seu quomodolibet opportuna, etiam talia sint, vel fuerint quæ magis specialem, specificam, & expressam requirent mentionem, facere, dicere, gerere, & execu liberè, & licet positis, & valeatis Apostolica autoritate tenore præsentium plenam, & amplam facultatem concedimus & impartimur.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dictorum defunctionum eriam ultimis voluntatibus, quas quoad præmissa sufficienter, & expresse commutamus, nec non Nostra, & Cancellaria Apostolica regulæ de non concedendis Indulgencias ad instar, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris, die 26. Januarii 1656. Pontificatus Nostri Anno primo.

ANNO  
1656.  
Contrariis  
derogat.

Dat. P. An. t.  
die 26. Jan.

Pro Eminentissimis, & Reverendissimis DD. Cardinalibus assumptis pro Sac. Visitatione Apostolica.

Facultas immiscendi se in criminalibus.

ALEXANDER PAPA VII.

Edita A. D.  
1656.

Venerabili Fratri Nostro Martio Episcopo Albanen. Ginneto, nec non dilectis Filiis Nostris Ulderico S. Anastasia Carpino, Marco Antonio S. Maria de Pace Franciotto, Francisco Angelo S. Cecilia Rapacciolo, Nicolo S. Maria Angelorum Ludovisi, Jacobo S. Maria Transpontina Corrado, Laurentio Sancti Chrysogoni Imperiali, & Giberto SS. Joannis, & Pauli titularum Presbyt. Sanctæ Romanae Ecclesie Cardinalibus Borromæo respective nuncupatis. Venerabilis Frater Noster, ac Dilecti Filii Nostri salutem, & Apostolicam benedictionem.

Exordium.  
Constit. Iu-  
sus cauæ.

Quoniam in prosequendo munere Visitationis Ecclesiarum, & piorum locorum hujus Almæ Urbis Nostre, ad quod Vos nominatum ex Sacro Venerabilium Fratrum Nostrorum, Collegio delegimus, facile contingere poterit, ut aliqua negocia criminalia pertractanda sint.

§. 1. Nos conscientiarum, ac status vestrorum securitati opportune providere volentes Vobis, & cuiilibet vestrum, ut tam conjunctim, quam divisim durante hujusmodi visitatione, & illius occasione dumtaxat quascunque querelas, accusationes, denunciationes contra quacunque personas tam Ecclesiasticas seculares, vel regulares, quam laicas cujuscunque status, gradus, dignitatis, & præminentiae existentes recipere, & audire, causasque exinde, aut alias quomodolibet ex dicta Visitatione, vel illius causa emergentes tam Ecclesiasticas, quam profanas, ac tam civiles, quam criminales, & mixtas, sive ad Procuratoris Fisci, sive ad aliorum quorumcumque instantiam, aut ex officio audire, cognoscere, quandoque Nobis referre, & Nobiscum communicare, ac juxta mandata Nostra, seu alias prout justitia suaferit, & ordo dictaverit rationis, illas decidere, & terminare, aliasque in illis vos immiscere sine aliquo conscientiae scrupulo, aut censorum Ecclesiasticarum, vel etiam irregularitatis incursu, etiam si inde sanguinis effusio, membrorumque mutilatio, aut etiam ultimi supplicii poena infligenda venierit, dummodo vos ipsi à sententia sanguinis per vos ipsos ferenda abstineatis, libere, & licite valeatis, licentiam concedimus, & indulgemus.

§. 2. Urque liberius ab omnibus denunciationes, querelæ, & accusationes, ac causæ quacunque ad dictam Visitationem pertinentes deferri possint, omnibus similiter, & singulis personis tam Laicis, quam Clericis etiam in sacris, & presbyteratus Ordinibus constitutis secularibus, & quorūvis Ordinum, Congregationum, & Instituti regularibus quavis etiam Episcopali, vel majori Ecclesiastica, vel mundana dignitate, vel præminentia fulgentibus, qui in actu ejusdem

Indulgem-  
cognoscendi  
quæcumque  
causæ crimi-  
nales absque  
irregularita-  
tis incursu.

Indulgem-  
ad denuncia-  
tes, conculen-  
tes, auxiliun-  
& favorem  
præstantes  
extendit.

Visi-

Visitationis, seu alias illius occasione aliquid, quod ad praedictas causas pertineat per viam denunciationis, querelæ vel accusationis palam, vel occulte, sponte vel ad aliorum etiam Procuratoris Fisci instantiam in judicio, vel extra judicium revelaverint, aut in praemissis testimonium dixerint, vel aliquid propter ea scriperint, subscripterint, indicaverint, dictaverint, detulerint, interrogaverint, vel interrogati respondebant, vel ad reos detegendos, convincendos, capiendos, custodiendos, puniendos iudicia, votum, consilium, auxilium, vel favorem per se, vel alium directe, vel indirecte praesertim, sive tamquam Judices Ordinarii, vel delegati, custodes, scribæ, testes, tabelliones, consultores, Procuratores, Advocati, seu alias in praemissis quomodolibet ingesserint, ut nullam propterea peccatum, vel censuram Ecclesiasticam, aut irregularitatis notam incurrant, concedimus pariter, & indulgemus.

Contrariais  
derogat.

§. 3. Non obstantibus generalis Conciliis, atque aliis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac cuiuscunq; Ordinis, & Monasterii atque Ecclesiarum, & aliorum piorum locorum quorūcunq; etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscunq;

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die 26. Januarii 1656. Pontificatus Nostri Anno primo.

Deputatio  
Judicis Sacrae Visitationis Aposto-  
licæ.

Dilecto Filio Magistro Marco Antonio de Oddis in utraque Signatura Nostra Referendario, & majoris Praesidentie Abbreviatori.

Edita An. D.  
1656.

Constitu-  
caula.

ALEXANDER PAPA VII.

Dilecte Fili salutem, & Apostolicam benedictionem.

UT ea, que in Visitatione Ecclesiarum Almæ Urbis à Nobis, seu S. R. E. Cardinalibus in adjutores Visitationis hujusmodi per Nos specialiter assumpiti salubriter decreta erunt, debita executioni quamprimum demandentur, & controversia illius occasione praesertim inter personas Ecclesiasticas, quas litium dispendiā à Dei servitio avocari minimè decet, ad nostram audiencem deducendæ quanto citius terminentur.

Facultas pro-  
cedendi in  
quibuscumque  
causis  
etiam crimi-  
nibus.

§. 1. Te, de cuius probitate, & doctrina plurimum in Domino confidimus, Judicem causarum, & Executorem Decretorum hujusmodi Visitationis auctoritate Apostolica tenore praesentium constituimus, & deputamus. Dantes tibi plenam, & liberam facultatem, qua à Nobis, & Cardinalibus praeditis in eadem Visitatione decreta, statuta, & ordinata erunt, exequi, & observari faciendi, contra inobedientes, aut negligentes, nec non cuiuscunq; criminis occasione dictæ Visitationis detectos reos, & delinquentes, corumque complices, & fautores cuiuscunq; status, dignitatis, ordinis, & conditionis fuerint, per viam accusationis, querelæ, vel denunciationis etiam summarie, simpliciter, & de pleno fine strepitu, & figura judicii, sola facti veritate inspecta, inquirendi, & procedendi, eosque prout canonice requirent sanctiones, & alias Nostro, seu eorumdem Cardinalium arbitrio puniendi, ac tam super praemissis, quam etiam alias quascunq; in eadem Visitatione, aut etiam antea per Nos tamen tibi etiam absque speciali

commissione committendas causas Ecclesiasticas, vel profanas, civiles, criminales, aut mixtas inter Capitula, Conventus, Collegia, Universitates, Confraternitates, eorumque Superiores, ac singulares personas Ecclesiasticas, seculares, vel cuiusvis Ordinis etiam Mendicantium regulares, etiam exemptas, & quovis privilegio, vel immunitate suffultas, etiam Nobis, & Apostolicæ Sedi inmediatè subjectas, seu etiam inter laicos motas, & movendas cum eorum omnibus incidentibus, emergentibus, annexis, & connexis etiam summarie, simpliciter & de plano, & alias ut præfertur, terminis substantialibus unico contextu, vel etiam non servatis, sed illorum loco, præfixo termino arbitrio tuo, & de ejusdem Visitationis mandato procedendo audiendi, ac fine debito terminandi, & ad hunc, ceterorumque contingentium effectum quoescunque etiam per edictum publicum, constituto summarie, & extrajudicialiter de non tuto accessu citandi, & monendi, eisque, ac quibusvis Judicibus, & ceteris personis, quibus, & quoties opus fuerit etiam per simile edictum, ac etiam sub censuris, & peccatis Ecclesiasticis, nec non pecuniariis, tuo arbitrio moderandis, & applicandis inhibendi, contra inobedientes quoescunque censuras, peccatas ipsas etiam iteratis vicibus aggravandi, auxiliumque brachii secularis invocandi, mandata, prohibitions, inhibitiones, & monitoria etiam sub censuris, & alii peccatis prædictis, ceterisque tibi beneficis remedium omni, & quacunque appetitio postposita decernendi, omniamque in praemissis, & circa ea necessaria, & quomodolibet opportuna faciendi, mandandi, & exequendi, etiam quæ expressionem requirent magis speciale, & sub generali concessione non venirent.

§. 2. Dummodo inconsultis Nobis, aut Cardinalibus prædictis, & nisi de eorum voto in aliquo praemissorum non procedas, nec sententiam feras, aut quicquam exequaris, nec te in aliquo immisceas.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quarumcunq; etiam Patriarcharum Ecclesiarum, Monasteriorum, Domorum, Ordinum, Confraternitatum, Archiconfraternitatium, Congregationum, & Hospitallium etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium praemissorum illis, eorumque Superioribus, & personis quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores praesentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robre permanens ad praemissorum effectum specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscunq;

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die 27. Januarii 1656. Pontificatus Nostri Anno primo.

Judex non  
procedat nisi  
de voto præ-  
fatorum S. R.  
E. Card.

Contraria  
removet.

Deputatio Commissarii, & Fiscalis Sac. Visitationis Apostolicae.

Dilecto Filio Tranquillo Nuntio J. U. Doctori.

Edita An. D.  
1656.

ALEXANDER PAPA VII.

Dilecte Fili salutem, & Apostolicam benedictionem.

DE tua singulari fide, & diligentia plurimum in Domino confisi Te Visitationis Nostræ Pastoralis Universi Cleri Romani, ac omnium

Almæ

ANNO  
1656.

Commissariū cum  
privilegiis,  
& facultati-  
bus designat.

ALEXANDER SEPTIMUS.

Almæ Urbis Nostræ, ejusque districtus Ecclesiasticorum, & Monasteriorum, ac locorum, & operum piorum, quam indiximus, & jam per Nosmeritos obire cœpimus, ac ad quam nonnullos ex Venerab. Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus adjutores Nobis assumptimus, Commissarium, & Fiscalem cum omnibus, & singulis facultatibus, auctoritatibus, prærogativis, privilegiis, & juribus, quæ tale officium exercenti competere posunt, & debent auctoritate Apostolica tenore præsentium creamus, constituimus, & deputamus, in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscumque. Tu igitur in demandato tibi munere hujusmodi, ita Te gerere studeas, ut fidem, & diligentiam nonquam à Te desiderasse lætemur.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 27. Januarii 1656. Pontificatus nostri anno primo.

XV.

Facultas Congregationi, & Judici Sacrae Visitationis Apostolice standi simplici indicationi scripturarum &c. & Judici procedendi absque voto Congregationis usque ad sententiam &c. Exclusivè.

Edita An. D.  
1656.

ALEXANDER PAPA VII.

*Ad futuram rei memoriam.*

Exordium.

**A**lias Nos nonnullos ex Venerab. Fratribus Nostrorum S. R. E. Cardinalium Collegio adjutores in munere Pastoralis Visitationis nostra Ecclesiarum, & locorum, ac operum piorum hujus Almæ Urbis assumptimus, ac illis inter alia facultatem faciendi in præmissis processus necessarios, aliaque omnia, & singula, quæ hujusmodi Visitationis negotium, ulteriore progreßum, executionem, & in ea facta, & facienda mandata, decreta, statuta, & ordinaciones concernunt, & concernent, seu ad ea quomodolibet spectant, & spectabunt, gerendi, exequendi, mandandi, & ordinandi: nec non omnes, & singulas causas occasione dictæ Visitationis coram quibuscumque Judicibus tam Ordinariis, quam delegatis pendentes, & etiam instructas ad se auctoritate nostra avocandi, illasque summarie, simpliciter, & de plano, sine strepitu & figura judicii, sola facti veritate infœcta, & manu regia audiendi, cognoscendi, & fine debito, prout juris foret, terminandi concessimus. Ac Venerab. fratrem Marcus Antonium de Odilis nunc Episcopum Hieropolitanum Judicem causarum, & Executorem decretorum Visitationis hujusmodi cum diversis facultatibus deputavimus ea lege, ut in consultis Nobis, aut Cardinalibus prædictis, & nisi de eorum voto in aliquo non procederet, nec sententiam ferret, aut quidquam exequendo, nec in aliquo immisceret, & alias prout in diversis nostris in simili forma Brevis desuper expeditis Literis, quarum tenores præsentibus pro expressis haberi volumus, uberioris continetur.

Constit. caula.

Facultas procedendi.

§. 1. Nunc autem celeriori causarum prædictarum expeditioni, & partium dispendiis quantum cum Domino possumus opportunè provide-re cupientes.

§. 2. Motu proprio, ac ex certa scientia nostra, ut tam Congregatio dictorum Cardinalium per Nos assumptorum, quam idem Marcus Antonius Episcopus Judex, & Executor, ut præfertur deputatus in omnibus litibus, & causis, quæ coram ipsis respectice in vim facultatum eis respective per Literas prædictas attributarum forsitan mota sunt, & in futurum movebuntur inter quacumque personas tam Ecclesiasticas, quam laicas, seu Ecclesiarum, piorum locorum, & operum hujusmodi Oeconomos, Ministros, & Officiales, Executores, seu Procuratores quocumque nomine

censeantur, pro, & contra, simplici, & nudæ scripturarum, ac jurium in Tribunalibus, seu Archiviis, aut Notariorum officiis ejusdem Urbis existentium indicationi, eorumque notis, ac privatis copiis stare, & illis ad probationem eandem fidem in iudicio adhibere possint, quam adhibent, si illa in forma publica, & authentica forent transumpta, aut alias originaliter exhibita, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, statuimus, & ordinamus. Nec non eidem Marco Antonio Episcopo Judici, & Executori, ut etiam in consultis Nobis, seu Cardinalibus prædictis, & absque eorum voto in causis supradictis usque ad sententiam definitivam, aut decretum vim definitivæ habens exclusive, servata in ceteris forma, & dispositione dictarum Litterarum super ejus deputatione hujusmodi emanatarum procedere libere, & licite valeat facultatem tribuimus & im-partimur.

§. 3. Non obstantibus quoad ea, quæ præsentibus quomodolibet adverfantur prædictis nostris literis, ac omnibus, & singulis, quæ in eis voluimus non obstat, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die 13. Martii 1656. Pontificatus nostri anno primo.

ANNO  
1656.

Contrariis derogat.

D. P. An. 14  
13. Martii.

Litteræ Processus S. D. N. Alexandri Pape VII. lecta die Cœnæ Domini, Anno 1656.

XVI.

Bullam Cœnæ Domini habes tom. I. Bullarii sub Urbano Quinto Confit. I. Apostolatus officium, sub Julio II. Confit. 25. Fide digna, tom. I. sub Paulo III. Constitut. 10. Confueverunt, sub Gregor. XIII. Confit. 81. Confueverunt, tom. 2. sub Paulo V. Confit. 63. Pastoralis, tom. 3. sub Urb. VIII. Confit. 72. Pastoralis, noviter impresso, cum reservatione in art. mortis, certo modo, & quilibet Confessarius debet illam habere, & studere, prout in §. 26.

ALEXANDER EPISCOPUS,

Edita An. D.  
1656.

Servus Servorum Dei. Ad futuram rei memoriam.

Excommuni-  
cancatur.

Pastoralis Romani Pontificis vigilantia, & sollicitudo, cum in omni Christianæ Reipublica pace, & tranquillitate procuranda, pro sui munericis officio assidue vertatur, tum potissimum in Catholicæ fidei, sine qua impossibile est placere Deo, unitate, arque integritate retinenda, & conservanda, maxime eluet. Nimirum, ut fideles Christi non sint parvuli fluentes, neque circumferantur omni vento doctrina in inequità hominum, ad circumventionem erroris: sed omnes occurant in unitatem fidei, & agnitionis filii Dei in virum perfectum, neque se in hujus vita societate, & communione lendant, aut inter se alteri offensionem præbeat, sed potius in vinculo charitatis conjuncti, tanquam unius corporis membra sub Christo capite, ejusque in terris Vicario Rom. Pontifice Beatissimi Petri Successore, à quo totius Ecclesiæ unitas dimant, angeantur in ædificationem, atque ita divina gratia adjutrice, sic præsentis vita quiete gaudeant, ut futura quoque beatitudine perfruantur. Ob quas sane causas Rom. Pontifices Prædecessores Nostris, hodierna die, qua anniversaria Dominicæ Cœna commemorationi solemnis est, spiritualem Ecclesiasticæ disciplinæ gladium, & salutaria iustitiae arma per ministerium summi Apostolatus ad Dei gloriam, & animarum salutem solemniter exercere confueverunt. Nos igitur, quibus nihil optabilius est, quam fidei inviolatam integratem,